Entstehungsort unbestimmt, Ende 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35522
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



C. Crispi Sallustii liber de Conjuratione Catilinae

2.

Omnes homines qui sese student praestare ceteris animalibus summa ope niti decet ne vitam silentio transeant veluti pecora quae natura prona atque ventri obedientia finxit. Sed nostra omnis vis in animo et corpore sita est. Animi imperio corporis servitio magis utimur: alteruma nobis cum dis, alteruma cum bestiis est. Quo mihi rectius videtur ingenio quam viribus opitulandum gloriae quaerere. Et quoniam vita ipsa qua fruimur brevis est: memoriam nostri quam maxume longam efficere. Nam divitiarum et potentiae gloria fluxa atque fragilis est: virtus clara aeternaque habetur. Sed diu magnum inter mortalis certamen fuit: vi an corporis an virtute animi